



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

III. Qui habitum non suscepit, nec profeßionem fecit, licet de suscipiendo
coram episcopo votum fecerit, si postea vxorem duxerit, non est
cogendus eam dimittere, & ad ecclesiam cui se deuouit, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Dist. 18.
De his.

mittunt quamdam puellam ducere in vxorem, quam ipse
iurauit in vxorem accipere, ac (sicut dicitur) despousauit.
Quocirca discretioni tuæ, &c. quatenus rei veritate dili-
genter inquisita & cognita, si tibi constiterit, quod præfatus
T. ante consummationē decimi quarti anni habitum ipsum
susceptum deposituerit, aut si post decimumquartum an-
num habitum ipsum sine probatione suscepere, & infra
triduum deposituerit; eum ab impetitione prædictorum e-
remitarum vel aliorum in hac parte, occasione & excusa-
tione & appellatione cessante, penitus absolutum, & eam
quam iurauit accipere in vxorem, libere posse traducere,
si alia rationabilis causa non impedit, denunties.

C A P. II. *Idem Herefordensi episcopo.*

Super eo quod quæsumus erat a nobis ex parte tua, v-
trum sacerdotes qui religionis habitum suscepereunt, & an-
tequam essent vinculo professionis adstricti, ad priorem
statum reuersi sunt, permittendi sint ecclesias & curam ani-

Accipe hæc
deisquire-
ligionis vo-
tum nuncu-
parunt.

marum habere: & an clerici, si monachicum habitum an-
te oblatum professionis libellum deferunt, ad sacros ordi-
nes promoueri, & ad gubernationem animarum possunt
assumi: sanctitati tuæ taliter respondemus, quod si austeri-
tatem religionis, ad quam * transisse noscuntur, seruare * ^{migra}
noluerint, ad minorem religionem transfire cogendi sunt,
nec amplius in ecclesiis sacerularibus debent assumi, ne con-
tra votum quod Domino fecerunt, in animarum suarum
periculum probentur venire. Verumtamen si ante suscep-
tum habitum in probatione positi, recedere voluerint,
secundum regulam beati Benedicti non videntur prohibe-
ri ad priorem statum redire. Sed illa videtur præcipere,
vt in eadem veste redeant in qua venerunt.

C A P. III.

Meminimus nos ex parte tua huiusmodi quæstionem au-
diuisse, scilicet vtrum illi qui se ad religionem coram epi-
scopo deuouerunt transituros, & habitum religionis susci-
piunt, si & postmodum uxores duxerint, cogendi sunt eas
dimittere, & ad ecclesiam, cui se contulerant, redire. Su-
per quo vtique * dicimus respondendo, quod si quispiam * ^{damus}
qui se religioni deuouit, & habitu suscepto professionem <sup>recep-
tu, quod</sup>
fecit,

Nam in lai-
cali veste
probantur.

ANNO
CHRISTI
1179. fecit, postmodum sibi aliquam copulauit, est ab ea cogendus recedere. Verum si habitum non suscepit, nec professionem fecit, sed votum fecit, & se ad religionem transiturum promisit, licet postea matrimonium contraxerit, non est cogendus ad ecclesiam transire, & matrimonii vota rescindere. * Item ex Concilio Tolentino, ut clerici qui se fingunt habitu & nomine monachos esse.*

DE SPOLIATIS RESTITVENDIS PARS
XXII.
VEL NON.

CAP. I.

Idem Vigorniensis episcopo.

SO Licite cures & diligenter, quo tempore H. renuntiauit ecclesiæ: & si vobis constiterit, ipsum spoliatum esse cum eidem ecclesiæ renuntiauit: si hac vice tantum renuntiauit, aut pluribus vicibus renuntiauit præscriptæ ecclesiæ, dummodo spoliatus renuntiauit, contra eum testes alterius partis de iuramento & de renuntiatione spontaneæ facta, nullatenus admittas: quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renuntiauerit, qui spoliatus renuntiauit. Sed testes H. qui pro se intendunt, quod violenter prædicta ecclesia fuit spoliatus, dummodo idonei sunt, minime differas accipere.

CAP. II. *Item decano Lincolniensi d' abbati de* Riuauis.*

Accepta conquestione P. clerici, quod violenter ecclesia de* Sprotebtur fuisset spoliatus, discretioni tuæ, si bene meminimus, dedimus in mandatis, vt si per officiales venerabilis patris nostri Eboracensis archiepiscopi, apostolicæ sedis legati, ex concessione ipsius in eadem ecclesia introductus fuisset, & inde per violentiam exire coactus, eam sibi auctoritate nostra restitui faciatis. Quibus cognitis, responsum est, sicut nobis dicitur, ab aduersario ista omnia non debere proficere, eo quod spontanea voluntate præscriptam ecclesiam in præsentia præfati archiepiscopi abiurasset. Quia vero non scripsimus idiotis, sed Idiotæ, non
discretæ discretis personis, & nitimur discernere quid ratio di- - perfidæ,
perempto-
rias exce-
ptiones re-
probant. Etet: discretioni vestra iniungimus præsentium auctoritate, vt rei veritatem diligenter & subtiliter inquiratis, &

Concil. Tom. 27.

Kkk